

Lorenz Bodock

**Laurentius Bodock, Iur. Utriusq[ue] & Phil. Doctor, Celsissimi Principis ac Ducis
Mecklenburgensis, Dn. Christiani, &c. &c. &c. Consiliarius, in Universitate
Rostochiensi Orator: Professor, Amplissimae facult. Philosoph. Senior & p.t.
Decanus**

[Rostock]: Richelius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739998188>

Druck Freier  Zugang



LAURENTIUS BODOCK.

Jur. Utriusq; & Phil. Doctor,

*Celsissimi Principis ac Ducis Mecklen-
burgensis,*


DN. CHRISTIANI. &c. &c. &c.

Consiliarius, in Universitate Rostochiensi

Orator: Professor, Amplissimæ facultat.

Philosoph. Senior & p. t.

DECANUS.



Literis suis expressit Johannes Richelius,

Senatus Typographus;

ff. 67

Agnæ, illius mentis purissimæ,
Scintillæ; de Sempiterni videlicet luminis
facibus accensæ; nempe tantus Angelorum & in tot ordines divisus exercitus,
Quantam, non dicam sermonis, sed & ad-
mirationis suggestum materiam? Hi sunt naturæ illæ pu-
ræ, subtileæ, æthereæ, quæ nulla corporis figura delineat,
nulla materiæ labes infuscat, nullus corruptionis nœvus
aspergit. Hi sunt Animi, non ex eō igne delibati, quod
sidera volant, & sacri torquentur axes: sed excitatissimæ men-
tis spiritus, tanto expressius ad æternæ pulchritudinis ex-
emplar conformati, quanto de ejus fonte proprius resper-
guntur & uberior. Hi sunt stupendi illi Animi, qui suæ
præstantissimæ intelligentiæ beneficiorum, res omnes (quæ
nos homuli ex luto & argillâ facti tanto cum labore addi-
scimus, & ægrè ratiocinando colligimus) nullò negotiò,
nullò temporis intervallô, sagacissimè pavident, & im-
peditos quosque difficultatum nodos explicatissimè dis-
solvunt. Et o ingentem felicissimamque corum cognitio-
nis constantiam! cuius munere contingit, ut eis non mi-
nus ab hac intelligentiæ cessare licet, quam plantis aut a-
nimialibus, ab actus vitalis perpetuo quodam ministerio;
quandoquidem intellectu beatissimis hisce menti-
bus pro vita esse & arbitramur & credimus. Horum
præclarissimorum spirituum figuram, quam ab ipsis or-
tus primordius mirificè nobilitati sunt spectes, vala cry-
stallina dices, ab ipso Universitatis artifice DEO OPT.
MAXIMO comparata, & omnibus artis enucleata le-
nociniis, in quæ immensæ Divinitatis rivi, tanta & tam
inusitata donorum fragrantia depluerent. Si autem eo-
rundem gloriam considerabis, quæ gratiarum amplitudi-
nem


nem est conseqvuta, totos in DEUM, suumq; Creatorem amoris simulitudine transfusos atq; absorptos videbis: & qvod nobis omnibus saluberrimum, conspicias in hoc felicitatis domicilio, fidos terrarum ministros, nostræ salutis propugnatores, depulsores miseriarum, auspices felicitatis, Duces, altores, paedagogos, & ut summam dicam, amore germanos, servos obsequiò, auctoritate patres. O profundissimam consiliorum DEI caliginem! ô clementiam ejus, ab ipsis Angelorum mentibus & cogitatione seclusam! Qvæ non contenta summis & ineffabilibus in nos immeritos mortales collatis beneficiis, Spiritus etiam Angelicos, fidelissimos Vitæ nostræ custodes, Nobis destinavit, serio iisdem mandans, nè vel minimum in hisce rebus vel dispendium vel infortunium patiamur: & qvod majus est, in manibus (teste Psalmographo) Nostram mortalitatem lubricam portare præcipiens, ne ad duriorem vel minimò digitò, lapidem impingat... Hanc verò DEI coeli clementiam, Vir juvenis Præstantissimus, & Doctissimus, DN. JOANNES HUNTEMANNUS Hanoveranus, sermone memoriter & eruditissimò & devotissimò, proximè seqventi die Jovis, in Majori Auditorio, horâ nonâ matutinâ, venerari constituit. Et cum, tûm honestâ ac decenti vitâ per quadriennium, in hoc Mecklenburgico Sapientiae omniumq; disciplinarū Sacrario transactâ, tum publicis binis Disputationibus, tum duodecem fermè Collegiis partim Theologicis, partim Philosophicis, sub Celeberrimis ac Excellentissimis Dominis hujus Inclitæ Universitatis Professoribus celebratis, magnam bonorum laudem, nomenq; inter Eruditos Viros optimum adeptus fuisset; illud adhuc, publico ingenii ac eloquentiæ, vel satius religio-

ligionis ergâ tantum DEI beneficium, specimine, augere,
clariorusq; reddere volnit. Jam verò, MAGNIFICUM
DOMINUM RECTOREM, VIROS ADMODUM
REVERENDOS, EXCELLENTISSIMOS, EX-
PERIENTISSIMOS, CLARISSIMOS, Nempè DNN.
Omnium facultatum PROFESSORES, DOCTORES,
LICENTIATOS, VERBI DEI MINISTROS, Phi-
losophiæ & Artium MAGISTROS, publico hoc meō
Programmate, eâ qvâ par est obsrvantiâ ac modestiâ
obsecrat; ut Omnes & Singuli, huncce laudabilem, ac
devotum conatum, suâ celebritate & freqventiâ cohon-
stare dignentur. Omniq; ad extremum studio ac di-
ligenzia curaturum semet pollicetur, ne homini parum
grato ac memori hic honor à tantis tantæq; celebritatis
Viris habitus esse videatur. Valete.

Dabam ex museo meo die 14. Octobris,
Anno M. DC. LII.



nem est conseqvuta, totos in DEUM, su-
rem amoris similitudine transfusos atq; ab
bis: & qvod nobis omnibus saluberrimum
hoc felicitatis domicilio, fidos terrarum ad-
stræ salutis propugnatores, depulsores m-
spices felicitatis, Duces, altiores, paedagogo-
matim dicam, amore germanos, servos ob-
ritate patres. O profundissimam consilie-
liginem! ô clementiam ejus, ab ipsis Ange-
bus & cogitatione seclusam! Qvæ non co-
& ineffabilibus in nos immortos mortales
ficiis, Spiritus etiam Angelicos, fidelissime
custodes, Nobis destinavit, serio iisdem m-
minimum in hisce rebus vel dispendium v-
patiamur: & qvod majus est, in manibus
grapho) Nostram mortalitatem lubricam
piens, ne ad duriorem vel minimò digitò, l-
gat... Hanc verò DEI cœli clementia
Præstantissimus, & Doctissimus, DN.
HUNTEMANNUS Hanoveranus,
moriter & eruditissimò & devotissimò, pa-
ti die Jovis, in Majori Auditorio, horâ non
nerari constituit. Et cum, tūm honestâ ac
qvadriennium, in hoc Mecklenburgico Sa-
umq; disciplinarū Sacrario transactâ, tun
Disputationibus, tūm duodecem fermè C
Theologicis, partim Philosophicis, sub C
Excellentissimis Dominis hujus Inclutæ
Professoribus celebratis, magnam bonoru-
menq; inter Eruditos Viros optimum ad
illud adhuc, publico ingenii ac eloquentia



the scale towards document